



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

**Geismar, Justus Moritz von
Coloniæ Agrippinæ, 1691**

Ad tit. XVI. de adulteriis & stupro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](#)

tæ, sive licitæ operam dederit. Gonz.
ad cap. de casero. 11. h. t. Fagnan.

Ad num. 77. Observa ex Busenb. lib.
7. cap. 5. dub. 4. Non sit irregularis, qui
excœcavit hominem solo visa privan-
do, non autem oculum extrahendo,

Qui infirmo aliquid dat, vel facit
bona fide, ex quo sequitur mors, vel
acceleratio per accidens, non sit irre-
gulatis, nisi concurrat lata culpa.

In bello injusto si vel unus occida-
tur, totus exercitus sit irregularis, sal-
tem si aliqua ratione sit cooperatus.

Irregularitas oritur ex infamia, sive
ju:is (que vel ex delicto proprio, vel
parentum, vel vili conditione personæ
nascitur) sive facti, modò crimen pu-
blicum sit; ex occulto enim non oritur,
homicidium & censuræ violationem
excipias. Id. dub. 5.

AD TIT. XIV.

De Clericis pugnantibus in duello

Duellum propriè acceptum definit
Vasquis Illustr. Controvers. lib. 1.
cap. 11. n. 36. quod sit singulare certa-
men aut pugna æquis legibus dimicant-
ium, regulariter: quia potest etiam u-
nus duos diffidare seu ad pugnam pro-
vocare.

Eum, qui moritur ex vulnere accep-
to, si vivus ex loco decepsit, nō esse pri-
vandum sepultura Ecclesiastica ait Bu-
senb. lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 1. in fine.

Ad num. 6. Adde ex Busenb. lib. 3. tr.
4. cap. 1. dub. 5. art. 1. Acceptare licet
duellum, si quis alias te occisorus, con-

cedat tamen arma, ut sic fortunam ex-
periaris, quia est tantum defensio, po-
sitoque quod aliter non possis evadere.
Similicer si Judex duos ad mortem
damnatos vellet duello congregandi; quia
alter alterius esset constitutus minister
justitiae.

AD TIT. XVI.

De Adulteriis & stupro.

Observa ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 2.
quod luxuria sit inordinatus appe-
titus vel usus delectationis, seu sensus
venerei, qui sit cum commotione spi-
rituum procreationi servientium circa
partes corporis venereas, ira ut aliae de-
lectationes etiam sensitivæ non spectet
ad luxuriam. Idem dub. 1. Distinguenda
est imprimis intentio & delectatio ve-
nerea & venereorum, ab intentione &
delectatione sensitiva & sensitivorum
aliorum, quæ consistit in quadam pro-
portione & conformitate rei tactæ
cum organo tactus.

Idem dubio 2. Concubinarius (sicut
& meretrix) ordinariè non debet ab-
solvi, nisi dimissa concubina aut mu-
liere suspecta, cuius retentio scanda-
lum daret, licet cum ea non pecca-
ret. Si cum sponsa alterius quis peccet,
est gravior, & in confessione aperien-
da; alii tamen contra

Dub. 3. Sodomia imperfecta est
congressus cum debito sexu, sed extra
vas naturale. Perfecta congressus cum
eodem sexu.

Idem l. 3. tr. 5. cap. 2. dub. 6. art. 4. P. x-
cise pro tola virginitate non obligat re-
stitutio. Unde si stuprum mansit clam,
aut

aut non impedivit, quia ex grē opulentē
nuheret, ad nihil tenetur stuprator.

Idēm lib. 5 cap. 3. dub. 3. Luxuria ha-
bet filias ex parte intellectus 4. Cacita-
tem mentis, præcipitationem; inconde-
rationem; inconstantiam. & 4. ex parte
voluntatis: Amorem sui; Odium DEI,
Affectionem praesentis seculi, Honorē futuri

Idēm dub. 4. Recenset filius invidia;
odium, detractionem, gaudium in ma-
lis proximi, lusuriam; differt ab
emulatione & zelo, ubi quis dolet, quod
sibi desit illud bonum, & ab indignatio-
ne, ubi quis dolet, quod alter eo bōno
indignus &c.

Optans se non fuisse natum &c. vel
diem esse maledictum, si tantum inten-
dat maledicere creature irrationali v.
g. diei, est tantum veniale, aliquando
nullum ut Job. si autem direcētē atten-
dat optare malum hominis sive sibi, sive
alteri, est mortale.

Ad num. 5. Observa. Si agatur ad
separationem quoad thorū, quod a-
gatur civiliter, tamē si cap. 5. de proce-
ssione. dicat hanc accusationem esse mix-
tam inter civilem & criminalem, ut in
ea per præsentiam principalium perso-
narum securius procedatur.

Ad num. 13. Observa ex Laym. lib. 5.
tratt. 10 cap. 6. n. 9. ubi ait quasdam a-
ctiones ab objecto suo ita malas esse, ut
malitia separabilis non sit, v.g. DEUM
odiſſe, mentiri (quo refertur adultera-
ri) quasdam malas esse, & contra jus
naturale, quæ tamen cohonestati pos-
sunt, si talium excedendarum jus con-
feratur ab eo, qui potestatem habet, v.
g. furtum, si Dominus consentiat, vel
consentire debeat; Occisio innocentis,

si DEUS, qui est Dominus humanæ
vitæ contentiat.

Ad num. 14. Observa, quod Oſeas
Propheta publicus iuſſus fuerit acce-
dere ad mulerem fornicariam, & cum
ea actum haberit, non tamen forni-
carium, sed conjugale; agnoscet enim
ex revelatione Divina, quod sibi dace-
tur in uxore, cui ipsa cōsentire debuit.

A D T I T. XVII.

De Raptoribus, Incendiariis & vio-
latoribus Ecclesiastarum.

Observe ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 2.
dub. 2. Si quis consentientem abdu-
cat, non est propriè raptus, sed fugā,
non addens malitiam, distinctam à for-
nicatione. Raptore seu detentore re-
rum Ecclesiasticarum coram utroque
Judice tam Ecclesiastico, quam sœcula-
ri conveniri possunt. Gonz. c. cūm sit
generale 8. de foro competet.

Ad num. 2. in fine adde. Ex Sann. tom.
3. dist. ultim. q. 7. n. 14. qui ait, quod ju-
re antiquo raptus non dirimebat ma-
trimonium, ita ut potuerit famina,
metu & violentia cessante etiam non
restituta loco tuto, contrahere marri-
monium per cap. fin. b.r. & n. 55. Si mu-
lier rapiat virum, non dirimitur marri-
monium, ut tenet communis: quia Tri-
dentinum de viro loquitur, & est lex o-
diosa.

A D T I T. XVIII.

De furtis.

Observe ex Busenb. lib. 5. c. 3. dub. 2. A-
varitia est inordinatus appetitus ter-
poralium. Filius habet. 1. Obduratio-
nem cordis contra egentes. 2. Inquietudi-
nem

M 3

nem